Tam presentibus quam futuris. Notum sit ac manifestum quod Ego [erasure] dei gratia Rex Castelle Toleti Legionis Gallecie Cordube et Murcie, ex assensu et beneplacito Regine domine Berengarie karissime genitricis mee, una cum uxore mea Regina Johanna et cum filiis meis Alfonso, Frederico et Henrico. facio cartam donationis concessionis confirmationis et stabilitatis vobis Concilio de Avila presentibus et futuris perpetuo et irrevocabiliter valituram. Dono itaque vobis et concedo ut habeatis forum Cordube eodem modo sicut dedi illud et concessi Concilio Cordube. Insuper concedo vobis ut habeatis vexillum et sigillum. et quod nullum portadgum detis sive portaticum in toto Regno meo nisi in Murcia et Toleto. Hec itaque omnia do et concedo vobis ut ea semper habeatis et iure hereditario possideatis pacifice et quiete. Et hec mee concessionis et confirmationis pagina rata et stabilis omni tempore persistat. Siquis vero hanc cartam infringere seu in aliquo diminuere presumpserit, iram Omnipotentis dei plenarie incurrat et cum Juda proditore Domini penas in inferno persolvat. et dampnum super hoc illatum vobis Concilio de Avila restituat duplicatum. Facta carta in Exercitu iuxta Jahen. viii dies Augusti. Era M CC LXXX Tercia.

Et ego prenominatus Rex Fernandus regnans in Castella Toleto Legione Gallecia Cordube et Murcia Badallocio et Baecia. hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo.

Rodericus Archiepiscopus Toletanus Hispaniarum primas confirmat. Infans Alfonsus frater domini Regis confirmat. Johannes Compostellanus archiepiscopus confirmat.

Johannes Burgensis Episcopus et domini Regis Cancellarius confirmat.

Tellius Palentinus Eps. conf.	Alfonsus Lupi conf.	Petrus Zamorensis Eps. conf.	Rodericus Gomez conf.
Bernardus Secobiensis Eps. conf.	Rodericus Fernandi conf.	Martinus Salamantinus Eps. conf.	Rodericus Fernandi conf.
Fernandus Segontinus Eps. conf.	Alfonsus Telli conf.	Petrus Asturicensis Eps. conf.	Rodericus Froila conf.
Gonçalvus Conchensis Eps. conf.	Gonçalvus Gonçalvi conf.	Michael Lucensis Eps. conf.	Ramirus Froila conf.
Oxomensis vacat	Rodericus Roderici conf.	Laurentius Auriensis Eps. conf.	Petrus Poncii conf.
Benedictus Abulensis Eps. conf.	Nunius Gonçalvi conf.	Sancius Mindoniensis Eps. conf.	Fernandus Iohannis conf.
Arnaldus Calagurritanus Eps. conf.	Didacus Petri conf.	Lucas Tudensis Eps. conf.	Sebastianus Guterri conf.
Cordubensis vacat	Alvarus Gudi conf.	Bartholomeus Cauriensis Eps. conf.	Alvarus Didaci conf.
Dominicus Beaciensis Eps. conf.	Johannes Garsie conf.	[illegible] Legionensis Electus conf.	Pelagius Petri conf.
Adam Placentinus Eps. conf.		[illegible] Ovetensis Electus conf.	

Fernandus Gonçalvi maior merinus in Castella confirmat. Garsias Petri maior merinus in Legione confirmat. Munio Fernandi maior merinus in Gallecia confirmat.

El Rey D. Fer.do el 3° que gano a Sevilla concedio este privilegio a Avila - orden el Santo se le guardara en España por esto canonizado.